



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1351 usque ad annum 1414

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118278

§. 12. Ludovicus Andegaviæ Dux in Italiam venit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66293](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66293)

Sæcul. XIV.

A. C. 1382.

Præterea universis cujuscunque gradus Christianis interdicimus, ne Joannem in suas urbes, castella, vel alia loca recipiant, aut pro ipso, & comitatu ejus, ubicunque sint, vinum, frumentum, aut victum alium, vel pecuniam, aliamve rem eis usui futuram afferant: alioquin homines anathemate, loca interdicto afficimus. Sub iisdem poenis vetamus, nequis ei quacunque in re obediat, ullam pensionem prædiatoriam exsolvat, vel aliquod servitium præstet: quotquot ei jurarunt fidem, inde solvimus. Denique crucem induentibus, ut bello petito exterminent, noxarum veniam, & privilegia eadem largimur, quibus frui solent in eunte sacra pro Palæstina militiam. Dabat 28 Martii anno 1382. Sic exhausta videtur omnes clausulas, quas tabularium Romanum severissimas asser-
vabat.

§. XII.

Ludovicus Andegavice Dux in Italiam venit.

Vita PP.
p. 506.

Interim novus Rex Neapolis Carolus de Pace Ludovicum Andegaviæ Ducem bellum in se adornare audiens Reginam Joannam, quæ hunc Principem acciverat, de medio tollere decrevit. In quodam Aprutii castello detentam, & in fa-
cello

cello supplican-tem Deo quatuor per Hungaros strangulasse fertur. Undecimo Calendas Junias hoc anno illum ei vitam ademisse constat. Mors Reginae fregit animos eorum, qui hujus solius causa Ducis Andegaviae partibus se ad- junxerant: Carolo de Pace se submitte- bant, ac praee alijs rectores, ac Praefecti navium mox in Provinciam reversi, cujus incolae plerique Ludovicum deseruerunt.

Hic Princeps tunc agebat Avenione, quam die sabbati 22 Febr. intraverat; seque parabat ad iter in Italiam, ut Regi- nam liberaret. Advenerat etiam Ama- deus Sabaudiae Comes Ducem eo comi- taturus. Habebant numerosum, ac va- lentem exercitum: cujus imperium Cle- mens Ludovico detulit, commendans emolumentum Ecclesiae, nempe Urbani oppressionem. Die sexta Pentecostes 30 Maji rogatu amborum Principum Cardi- nalem creavit Thomam Cassatium, seu Ca- fastium Dominicanum, antea Inquisitorem per Longobardiam, patria Pedemonta- num, jam annis provectum, virtute, ac doctrina, etsi non Theologiae laurea praedi- tum.

Postero die sabbati postremo Maji Avenione abiit Ludovicus, & copias per plana Lombardiae spatia, & terras Ecclesiae promovebat. Romam eum du- xisset recta via: sed hinc deflectens pera- grata

Sæcul. XIV.
A. C. 1382.

Th. Niern.
25.

Vita p. 503.
p. 1297.
Labon. to. I.
p. 64.

Sæcul. XIV. grata Hetruria intravit regnum Neapoli-
A. C. 1382. tanum; cujus in urbe Aquila adhuc a Re-
 ginæ partibus stante subsistebat, sternen-
 dæ sibi ad folium viæ, quam finiendo
 schismati intentior. Videns discrimen

Rayu. n. 3. Papa decimo Calendas Septembris edi-
 dit litteras, per quas indulgentiam mili-
 tantibus pro terra sacra concessam etiam
 iis spondebat, qui arreptis armis Romanis,
 ac Ecclesiam ab Andegaviæ Duce per
 menses quatuor defenderent.

n. 5. 6. Vulgavit alias deinde litteras Jordano
 Regiensi Archiepiscopo inscriptas, qua-
 rum hæc est summa: Ludovicum Ande-
 gaviæ Ducem, Amadeum Sabaudia, Pe-
 trum Genevæ Comites, ac Fulcherum
 Saltinum Provinciæ Prætozem seu Se-
 nescallum susceptis antipapæ Roberti par-
 tibus, ut turbarent pacem Ecclesiæ, ac
 terras ejus, regnumque Siculum invade-
 rent, armatorum magna cum multitudine
 Italiani ingressos declaravimus schis-
 maticos, apostatas, sacrilegos, perduelles,
 plectendosque tanquam hæreticos. Qua-
 propter eos piorum cœtu motos, de cun-
 ctis dignitatum gradibus dejectos, ac præ-
 diis fiduciariis, aliisque bonis omnibus
 exutos pronuntiavimus. Demum indul-
 gentiam pro militia sacra concedi solitam
 impertivimus illis, qui contra eos irent.
 Nunc præcipimus, ut hoc decretum in
 provinciis Regiensi, Consentina, Roscia-
 nia,

nia, & Severinofanenfi promulgandum, Sæcul. XIV.
A. C. 1382.
ac vulgari explicandum sermone cures, addendosque Christianis animos, ut pro causa Ecclesiæ sub crucis vexilla coeant. Dabat Romæ 4 Cal. Oct.

Georgio Amalphitano Archiepiscopo easdem misit litteras etiam per Fratres quatuor Ordinum Mendicantium promulgandas. In regnum Neapolitanum venire cum copiis iusserat Joannem Agutium Ducem Anglum; quibus ut stipendia solveret, Clero regionis tributum imposuerat; sed is hoc pendere recusabat. Quod ille per epistolam 14 Novembris datam Neapolis, & Capuæ Archiepiscopis vehementer exprobravit, se pro eorum tutela suum ipsius ærarium exhaustisse memorans.

§. XIII.

*In Anglia classicum sacrum contra
Clementem canitur.*

Joannes Gandavenfis Lancastris Dux, & Anglorum Regis patruus ad Castellæ solium aspirans, ut Regem Joannem a Papa Urbano VI proscriptum inde pelleret, induerat crucem; sed quænam essent sacræ militiæ jura, & privilegia, doceri a Papa cupiit: quod is fecit per litteras datas 8 Apr. 1383. Remittit eum ad sanctionem magni Concilii Lateranensis,

*Rayn. 1383.
n. 9.*

*Sup. lib. 72.
§. 17.*